

nariè, sed extraordinariè, vel fustigatione, relegatione vel etiam incarceratione, aut etiam multa.

Ubi tamen tria sunt observanda, ut pœna extraordinaria inveniatur locum. (1) *Precedens accusatio & probatio delicti*, scilicet ut femina, quæ vim ex stupro attentato passa est, violentum istum actum ad Judicem deferat, eumque probet, & quidem eo modo, uti dictum est antea. (2) *Consideranda est qualitas personarum & delicti*; quandoquidem ratio personarum, tum quoad statum, conditionem, ætatem & sexum: nec non atrocitas vel levitas stupri violenti attentati multum faciunt ad pœnam istam extraordinariam vel asperandam, vel mitigandam, unde vel fustigatione, relegatione vel perpetua, vel etiam temporali, aut etiam incarceratione talis delinquens puniri poterit. Carpz. part. 2. Qu. 75. num. 57. fol. 206. Pract. Crim. Berlich. part. 5. Concl. 41. num. 41. fol. 41. Attentatum itaque stuprum violentum punitur extraordinariè, quod etiam convenit juri civili in l. 1. §. 2. ff. de Extraord. crimin. Vide Coler. part. 1. Decis. 176. n. 104.

(3) *Reqvirendum est Prudentum consilium*, id est, prius factum ipsum ad Prudentes transmitti, & eorum judicium reqviri debet super arbitraria pœna, quomodo scilicet pro ratione circumstantiarum ejusmodi conatus puniri debeat. Quam pœnam verò illi dictaverint, illa postmodum executioni danda erit.

ARTIC. CXX.

Pœna adulterii.

Straff des Ehebruchs.

Sein Ehemann einen andern / um des Ehebruchs willen / den er mit seinem Eheweib verbracht hat / peinlich beklagt / und des überwindet / derselbige Ehebrecher sampt der Ehebrecherin sollen nach Sag unser Vorfahren und unser Kayserslichen Rechten bestrafft werden. Item / daß es auch gleicher Weis in dem Fall / so ein Eheweib ihren Mann / oder die Person / damit der Ehebruch vollbracht hätte / beklagen will / gehalten werden soll.

AD